



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnium
Gentium, Et || Rerum Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

11 de Prioritate hypothecarum, seu de iure π[ρο]το[ρο]ξιας.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

¶ Potest tamen pacto cauere, ut amissio pignorum liberet debitorem, *l. que fornicis, de pig. act.* ¶ Restituitur tamen pignus hac a-
 ctione cum fructibus domino, solatioque debiti facta, *l. si pignore, 22. §. si pro deo de pig. act. P. l. 1. C. de partu pig. vel si debitor venit fru-*
 ctus percepta creditore computabuntur in fortem principalem, & attenuant debitum, *c. cum contra, de pig. l. 1. de distractio. pign.*
lib. 8. C. si 28. l. 2. de par. pign. lib. 8. C. tit. 25. §. si dominum, C. de pign. l.
cum debitor in quib. caus. pign. tac. contra. P. l. 1. §. 2. C. de pign. act. l.
rescriptum, §. 1. de distractio. pign. in P. lex praedis, C. de usur. exceptis
 fructibus praediorum, in quorum possessi nem nullus est credi-
 tor ex decreto iudicis, qui non repetuntur, nec reparantur, *l. Ful-*
citius, §. si ex quib. caus. in possess. ca. P. Constantinus Harmenop. lib. 1.
Prom. sur. tit. 3. Sicuti quando pactum sit in antichresi de lucran-
 dis fructibus usuratū nomine, quando non extoluerit debitum,
 in *l. si ea lege, §. lex praedis, C. de usur. l. si quis bona reip. v. 1. r. de pig.*
P. §. supra c. 21. Quarto, debitor qui se accepit pecuniae pi-
 gnus dedit, si numeratio secuta non fuerit, potest agere pro resti-
 tutione actione in rem, *l. 1. §. 2. si pignoris conuentionem numerata, se-*
 cuta non fuerit, *lib. 8. C. tit. 33.* ¶ Contraria tamen hypothecaria agit credi-
 tor pluribus quoque de causis. Primo si debitor quasi soluturus
 pignus abutatur, & non soluerit: teneatur enim tunc hac actio-
 ne contraria, & de dolo, & ad exhibendum, & facti, *l. 3. de pign. act.*
P. Secundo & si debitor deceperit creditorem in pig. iure, agatur
 cōtraria, in quam venit quanti interest non esse defectum, *l. si in*
pignore contrahendo, §. de fiduiss. Decipit autem, si pro pig. iore
 aut res delect, *l. 1. §. in. de pigno. act. P.* vel rem alii obligatam sci-
 enter, *l. tutor, §. contrarium de pig. act. P.* Tertio et etiam a criminis
 stellionatus reus, qui alienam rem pignori dedit sciens, prude-
 que, *d. tutor, §. l. si quis in pignore, de pig. act. l. in. de crim. stellio. P.*
 & nihilominus hac contraria teneatur: ut si alii modo male in pi-
 gnore veratus fuerit, *l. si rem a tenam, in l. 9. de pigno. act. l. cum de*
bitore, §. 2. eo. tit. P. l. qua praedicta, C. si aliena res pignori da. sit. ¶ Quo-
 tundo tamen agit hypothecaria creditor pro perfectione pignoris, ut
 iudicem persequatur, potest; eligere hypothecariam, hoc est,
 rem obligatam persequi, omnia personalia, nisi res obligata ab alio
 tertio possideatur. Nam tunc debet discuti facultates debitorum
 a tequam ad tertium hypothecae possessorem pertenuerit, siue
 hypotheca fuerit generalis, siue specialis, *l. perfectione, iuncta Au-*
thent. hoc si debitor, C. de pignor. l. Moschis, §. ibi glo. de iure siso. in P.
 imo si de illar debitoris, ante tertium possessorem rei hypothecae
 obligatae conueniens erit, *glo. in d. Auth. hoc si debitor, in verb.*
que sit, vendit enim rei pignoratitias transiit in eum, l. obli-
gatio, §. de distractio. pig. lib. 8. C. tit. 28. l. eleganter, 24. de pign. act. P.
 ¶ Quinto tamen si debitor pignus detritius fecit dolo malo, tenebitur
 quanti intererit creditoris, ut si elascauerit feruum pignorum,
 & sic de similib. *l. feruum, quom quis, 27. de pig. P.* Sexto si post
 distractum pignus, debitor qui precario rogatus, vel coaduxit, pigno-
 ris possessionem non restituit, contrario iudicio teneatur, *l. si pigno-*
re, 22. §. si post de pig. act. Septimo si debitor scienter & ignorante
 creditore furem fecerit, pignori dederit, propter furtum agat credi-
 tor, pignoratitia videlicet contraria, ut aut damnum restituat, aut
 pro noxae deditione hominem relinquat, *in l. si feruus pignori,*
31. de pign. act. P. l. si feruus communis, 63. §. bis etiam, de fur. P. Octa-
 uo si iustus in rem, vel ob rem pignori data, redire fecerit, hac
 actione repetet, *Pomponius in l. si necessarius, §. 3. §. V. pia. in l. si fer-*
uus, 25. de pign. act. l. creditor, 6. C. eod. tit. Nam & expensae istae in
 iustitiam debiti principalis reducuntur, *l. in summa, 6. de pigno. C.*
 ¶ Actio tamen utilis in quibusdam casibus datur, ut quando res aliena
 obligatur scienti: tunc enim non datur directa vel contraria, sed
 ex aequitate utilis, *l. 1. in prin. de pig. in P. datur & ei qui rem pignori*
 obligatam pignori accepit, *l. grege, §. cum pignori, de pig.* Item con-
 traria utilis datur, non ordinata, qui rem alienam sci-
 enter prudensque obligauit, quae postea eius facta est, *l. cum res, si a-*
lien. res pign. dat. sit. C.

rauit, *l. qui mod. pig. vel hypot. sol. un. l. 2. glo. 2. in ibi.* Operetur autem
 eam, qui ut Seruiana, vel quam debitor, probare rem pertinet
 ad ipsum inquilinum vel colonum: datur enim hypothecaria ad-
 uertus eum qui possidet, ut actio in rem, *l. si fundus, 16. §. in vind-*
icatione, §. l. pignoris, 17. de pign. P. ¶ Saluanum tamen dicitur aliud
 est remedium praetorium, si fundi dominus res illas coloni pro
 mercede pignori sibi esse pepigisset, quod tantum possessionem
 respicit nudam: competitque contra tertios possessores ei qui pro-
 bat colonum, vel inquilinum, cuncta quae alius possidet datur agi-
 tur, tunc possedisse, id est, tempore obligationis, eaque inuenta
 fuisse. Hocque interdictum utile ex mente praetoris, non ex ver-
 bis: competit quoque pro partu, & fructibus perceptis ex re quam
 quis sibi obligatam per inuentionem inquilini, vel pacto coloni
 contendit, *l. de Saluano interdicto, lib. 43. P. tit. 23. §. ad p. c. de,*
ver. interdictum, de interdict. in Saluano interdicto, inquit Vlpia-
 nus, si in fundum communem duorum pignora, sunt abal quo
 inuenta, possessor vincet, & erit eis descendendum ad Saluanum
 interdictum, *l. 2. de Saluano interd. P. ¶ Proximum tamen est aliud*
 interdictum de migrando, quod directum & utile est. Directum
 competit inquilino aduersus locatorem, si soluta pensione vult mi-
 grare, vel si per locatorem stat quomius soluat, ut eo nomine ob-
 ligata pignora inuenta, nata, facta ve inibi recipiat, *l. de migrando,*
lib. 43. P. tit. 31. Vtile, ut eadem repetat inuenta nata ve, sed quae non
 fuerunt obligata, & tamen retineantur, *d. l. 1. §. 1. de migran. ¶ De fun-*
 do tamen creditore multis relictis heredibus, actio quaedam personalis
 inter eos ex lege duodecim tabularum diuiditur, *l. ea. C. si uni erit,*
l. pa. l. C. de partib. l. 1. C. de except. pignus vero vnicuique in solidum
 obligatum est, *l. 1. C. si vnus ex plurib. cred. vel deb. part. suam debi-*
 sol. lib. 8. tit. 32. l. solutum, §. si creditor, de pig. act. in P. l. vnus, C. de distr.

De Prioritate hypothecarum, seu de iure
 prioritate. Cap. II.

Lib. 20. Tit. 4. Qui potior in pig. habeant. Lib. 8. C. tit. 15.

- 1 Hypothecariam habentes, preferuntur non habentibus credito-
 ribus.
- 2 Quis creditorum hypothecam habentium preferatur.
- 3 Mobilia primo creditori occupanti in Gallia cedunt.
- 4 In immobilibus creditores potiores tempore, potiores sunt iure re-
 gulariter.
- 5 Videlicet nisi disparitas sit priuilegiorum, idem 6.
- 7 De Fisci & priuati concursu circa prioritatem hypothecae.
- 8 Principi & Romana ciuitas iure donantur praedationis.
- 9 Qui ad totius pignoris conseruationem Mutuant, posterior quā-
 nus, preferuntur.
- 10 Preferuntur & in causam Pietatis impendentes, ut si in morbum,
 in sumus, & impendant.
- 11 Digniori priuilegio sulciti quoque, quorum exempla subieciun-
 tur.
- 12 Depositarii in repetendis pecuniis, ceteris non priuilegiatis prefe-
 rendi.

¶ Vm tamen pignoratitia actione creditor repetat debitum per pi-
 gnoris vel hypothecae perfectionem, scire expedit aliquando
 per viam executionis contra debitorem procedi, captis mobilibus, vel
 immobilibus. Qui hypothecariam habent, primū in his preferuntur
 habentibus solum personale actionem, *l. eos, 9. qui potior in pig-*
habeant. C. & perfectionem rei hypothecae iustissime habet,
l. pignoris, 17. de pign. in P. l. pignoris, 18. C. eod. & si non fiat, l. otio
 distrahere possunt, *l. 1. §. tot. tit. de distractio. pign. P. & C. eod. tit. ¶ Ve-*
 rum tamen si plures creditores sint concurrentes iure hypothecae
 vententes, quis preferatur quaeritur. Quare & hic res, & perio-
 nas quoque, & causas obligationum distinguere oportet. ¶ Et
 nō tamen in mobilibus regula erit generalis: Gallia citatiora mo-
 bilia, primo creditori occupanti vel capienti cedere. Sic enim in
 his comparatum est, ut creditor qui primus in suum debitum



caeperit, an dicitur publicae, praefertur alii etiam privilegialis, vel anteriori habentibus hypothecam. G. illi dicunt, *biens meubles n'ont point de suite en hypothèque, quand ils sont mis hors la puissance du débiteur, de qui estoient les biens meubles: si non en tant qu'ils se- ront de plus grand valeur que la dette du créancier qui les auoit faitz prendre, non obstant priorité ou posteriorité d'hypothèque, in consuet. Burgund §. 3. titu. des rentes vendues arachapi. Idem consuet. Auer- nia tit. des exécutions, artic. 53. du Maine, tit. des prescriptions, artic. 436. Anon eod. tit. art. 421. Paris, titu. des actions personnelles, & hypo- art. 77. Bourges, titu. d'hypoth. art. 2. Et quia rerum mobilium vi- lis & abiecta est possessio, & ideo facilius amittitur, & facilius que- ritur quam immobilium, si rem mobilem, 47. l. peregre, 44. de acq. poss. Quod verum etiam arbitratum esse Chassaneus, quamvis ex- pressa hypotheca alteri res mobilis pignori supposita fuisset, Chassan. in d. §. 3. des rentes vendues arachapi, versicu. intelligenda. Excipitur tamen causa locationis, ratione cuius inuecta mobilia, vt in tacta diximus obligatione, censentur obligata pro mercede: nam in illis praefertur dominus praedii, si ab alio creditore cō- ditionis capiantur; si modo se obicitur captio ante venditionem pignorum, nam post eam nullam morete potest emtori cō- trouerfiam, vt ex consuetudine Blesensium apparet, *consuetudine de Blois, tit. des debtes personnelles, art. 29 §. facit l. si eo tempore, C. de remi- 4. pign. ¶ In f immobilibus, si eadem res sit pluribus obligata di- uersis temporibus, qui potior est tempore, potior est iure: id est, is praefertur in hypotheca & prior debitum ex ea repetit, qui prius sibi hypothecam acquisiuit, l. 2. §. 4. l. diuersis, qui potior. in pign. hab. C. l. 2. §. l. potior, si eod. P. l. qui balneum, 9. eod. de regu. iuris in 6. qui potior. Neque interest cuius speciei pignus sit, an fuerit con- uentionale, an iudiciale, an praetorium, l. 2. C. qui potior. Neguz an. in tracta pign. 2. 2. memb. 5. parit. nu. 6. facit l. si ex iure iudicatum, 10. in illis verbis, privilegii temporum qui potio. P. siue res generaliter, siue specialiter fuerit obligata, l. 2. §. 3. §. 1. qui potior. P. l. 2. C. eod. siue tacite, Dynius in c. qui prior, nu. 12. de regu. iur. in 6. & si duo- bus vel pluribus eodem die fuerit obligata, quilibet aget in foli- dum, vel pro modo debiti, si sufficiat vtrique, in l. si fundus, 16. §. si duo. de pig. C.**

5 ¶ Veram tamen haec regula intelligenda est, cum in aliis quam in tempore creditores pares sunt, tunc enim ea obligatio que prior tempore est, datus potius. Et inspicimus tempus conuentionis etiam conditionalis, si extra potestatem debitoris est, an debi- tum contrahatur, vel conditio impletur, l. qui balneum, 9. qui po- tior. in pign. hab. P. Hoc explicat Caius, potior, inquit, in pignore qui prius creditur pecunia, & accepit hypothecam, quamuis cum alio ante conuenerat, vt si ab eo pecuniam accepisset, esset ei res obligata. Contrarium tamen, si sub stipulatione facta, hypotheca data sit: cum enim semel conditio existit, perinde habetur ac si illo tempore quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset, Caius in l. potior. 1. qui potior. idem in Leod. P. Paulus, l. ne- cessario, & conditio existente refertur hypotheca ad tempus contractus, §. quod si pendente in prin. de paric. & commo. rei ven. P. l. nsc emtio. 8. de contra. emt. P. cum sim. Cur autē diuersam in mutuo ratio esse potest, quod mutuum ex genere contractuum est, qui re celebrantur, l. 1. §. re. de ad. P. §. 1. quib. mod. re contrah. oblig. & proinde antequam res interuenit non videtur contractum, nec obligatio est principalis, ideo nec accessoria hypothecaria, c. cum principalis, de reg. iur. Sed & si quis prior sine hypotheca creditur, & post secundum, qui cum hypotheca dedit, hypothecam acceperit, quamuis prior sit in debito, tamen posterior in hypotheca est, nisi ante de hypotheca in diem conuenerit, l. creditor, 12. §. si primus, qui potior. P. Item si idem bis eidem creditur, cum hypo- theca ante secundum, & post, in prima pecunia credita potior, in secunda tertius est, d. l. creditor, §. si idem bis.

6 ¶ At extra temporis rationem alia concurrere possunt, ex- pentionis & causis, quae suadent potiorē esse, etiam tempore, posteriorē. Veluti ex privilegio personae, si ex pupilli pecunia, res alteri obligata iure hypothecae comparatur, potior est pupil- lus, etsi tempore posterior, etiam ex tacita hypotheca, l. idemque, 7. qui potio. P. Sicuti & mulier pro dotis repetitione praefertur, etsi posterior sit, l. assiduis, cum aut. seq. Cod. qui potior. l. 2. §. fina. §. l. 3. 4. de prin. cred. P. vt & abunde explicauimus libro nono, proprio capit. 14. Contra bonae tutoris & curatoris, pro eorum administratione, & eorum qui pro tutore se gesserunt, pupillus super ceteros creditores habet privilegium, quod non transmittit in heredes, vt ait Ulpian. in l. 4. §. fina. de prin. cred. P. Idem in curatoribus debiliū, prodigorum, furdorum & aliorum, de

quibus in l. 5. 6. 7. eodem titu. ¶ De fisco placuit ceteris paribus, & fisco, & priuatum, & rem publicam concurrere, & potiorē, priore tempore esse, l. si pignus, 8. qui potior. in pign. hab. P. l. 1. 4. C. qui pot. l. de iure fisci, lib. 10. C. & priuatum amobus praefertur, prima contrahentem cum generali etiam hypotheca, l. si pign- rante, 3. C. de remis, pign. lib. 8. tit. 26. notat tamen Ulpianus, vt si is qui mihi obligauerit quae habet habiturus ve esset cum fisco con- traxerit, fisco in re postea acquisita potiorē esse ex responsio Papiniani, praenunt enim, inquit, causam pignoris fisco, l. si quis, 3. de iur. fisci. in P. lib. 49. tit. 14. Intelligimus autem illa verba, post- ea acquisita, referenda esse ad tempus quod secutum est obliga- tionem fisci, non ad tempus quod interuenit post obligationem prioris, ante obligationem fisci: nam illa quae medio illo tempore quarantur & ante fisci obligationem, priori potius creditur, quam fisco obligata censetur, & is in his praefertendus fisco, l. si qui potio. in pign. hab. P. post obligationem autem fisci quaerita, fi- sco, vt priori censetur obligata, nisi de pena agat aduersus pri- uatum fisco: nam tunc in debito poenali fisco postponitur cre- ditoribus, l. poenalis fisco. cred. pra. lib. 10. C. titu. 7. Modestinus, l. in summa, 17. Papinia. l. quod placuit, 37. Paulus in l. Statius Florus, 49. §. Cornelio, de iure fisci. P. Ita privilegia non ex tempore astit- mantur, sed ex causa, & si eundem titulu sunt, concurrunt, licet diuersitates temporis in his fuerint, vt respondit Paulus Iuri. cons. in l. priuilegia, 16. de prin. leg. cred. l. 4. 2. tit. 6. Poena autem causam habet odiosam, & creditorum debiti persequitur, suorum re- petitionem fauorabilem. Atque fisco in poena loco debitoris succedere videtur, ideo nec plus iuris vel bonorum habebit, quam is in cuius locum succedit, l. Statius Florus, §. Cornelio, de iure fisci. P. ¶ Nec bona dicuntur nisi deducto aere alieno, l. sub signatum, §. bona, de verbor. signif. Vt iure privilegio praetationis princeps, & res publica Romanorum, & illi qui principis locum tenent, qualia fisco, aerasium, quibus ad comunem omnium utilitatem hodie- dulum singulari iure est. Neque hoc ius dictum a praetores, ci- uitatibus alius quam Romae competere iudicatum est, contra ci- uitates Bithynas & Ponticas, per C. Plinium, ex sententia Traiani Caesaris, & pronuntiauitque vltim in his rebus ac consuetudinem, citra legem totius Reipubl. aut principale beneficium non vale- re, l. in Secundus, lib. 10. epif. ¶ Item posterior ob causam pre- fertur, quia totius pignoris ipsius conseruationem mutuo de- dit vel impendit, l. inter dnm, 5. §. l. huius enim, 6. qui potio. in pig. P. vt si in refectionem, d. l. et is legib. §. l. qui in nauem, §. l. quod quis, de prin. cred. P. l. de cessio. bona. P. lib. 4. 2. titu. 3. vel in redemptionem ferui, l. in helle, 12. §. si pignori seruis, de cap. §. post. reuers. pi- gnorati, vel si pro priis pecuniis procurauerit agrum emi, d. §. his consequens, videlicet emendo sibi nominatim eam obligauit, l. licet, qui potior. C. altere eam statuendum si pactum obligationis non intertulerit, l. quamuis, C. de pigno. nisi pupilli pecunia sit, ex qua emta res sit, cuius privilegio res hypothecae obligata ceu- setur, l. idemque, qui potio. P. & qui in causam pietatis impendunt, solent praefertur anterioribus creditoribus anteriorem habentibus hypothecam, vt si in morbum, funus, exsequias, crediderit, l. in §. interpretet, in l. fin. §. in conuentione, de iur. delib. C. uti textus in l. at si quis, 4. §. 1. §. l. penul. de religio. §. sumi. sine. in l. 1. de prin. cred. P. ¶ Praefertuntur tamen inter privilegiatos qui dignius & potius habent privilegium. ¶ Sicut tamen mulier pro dotis repeti- tione praefertur privilegialis qui aliis praefertuntur, & qui credi- derint in refectionem rerum, vel emtionem, & mulieri praefertur qui credidit in emtionem militiae, d. §. his consequens, §. au- thent. quo iure, qui potior. C. & olim fisco praeferebatur mulieri ta- citam hypothecam habenti, non autem si expressam habuisset, l. 2. C. de prin. fisci. hodie tamen & cum tacita ea fisco praefertur pro dote, veluti res proprias repetens, in l. assiduis, qui potior. C. Excepta causa primipilari, pro qua non solum bona mariti, qui primipili officium gessit, obligata censentur, sed etiam obligata pro dote, id est, dos data ei ab vxore, l. satis notum, in quibus causis pignus vel hypoth. tac. contr. lib. 8. C. titu. 15. l. fina. de prin. libro duodecimo, C. & bona filiorum, quamuis heredes patris non extiterint discussione fideiussorum & nominatorum prius facta, l. fina. eodem titu. de prin. lib. 12. C. titu. 63. §. dicta l. sa- tis notum, quod vtilitatis publicae ratio fuit, leg. tertia, de prin. pi. libro duodecimo, C. Si tamen liquido constat res & corpora dotis esse, illa vt propria pro primipilari causa mariti non pos- sunt a fisco capi, sed mulieri restituuntur, l. de iure fisci. C. Sic aliud est hypothecam pro repetitione dotorum in dotem mulierem am- mittere, aliud, res proprias mulieris capi pro mariti debito, quod inquit

iniquissimum esset. *l. 2. ne vxor pro mari. l. res. C. de dona inter vir. & vxor.* Praefertur etiam qui creditur pecuniam, ut militia emeretur, quae emi solet, mulieris hypothecae quae datur pro dote: repetitione: alioquin, si eo nomine, ut militia emeretur credita non est, et si emta fuisset, vxor aut filii defuncti omnibus praeponebantur, *l. si. iuncta. anth. quod obtinet. pign. C. nisi ageretur de simili priuilegio dotis. quae tempore prior, potiori iure vitur. d. l. si. s. exceptus.*

de pignoris. C. de Hinc + Vlpianus in bonis mensulari vendendis, post priuilegiatos, potiore causam eorum esse tradit, qui pecunias apud mensam, fidem publicam secuti deposuerunt. *l. si. ventris. §. in bonis, de priuileg. cred. P.* Et iterum, quoties foro cedunt numularii, solet primo haberi ratio depositarum, hoc est, eorum qui depositas pecunias habuerint (non quas senori apud numularios, vel cum numulariis, vel per ipsos exercent) & ante priuilegia. Igitur si bona uenerint, depositariorum ratio non habeatur, quasi renuntiauerint deposito. *l. si. hominem, 7. §. quos, de pign. in P.* Is etiam qui prior tempore potior passus est, & uoluit secundo obligari rem sibi obligatam, efficitur ei posterior: ut potest qui suo iuri cessatur renuntiasse. *l. que situm, 14. qui potio. in P.* Et sublati causa primi, quae pluribus modis euacuetur, locum facit alii, ut sequenti capite explicandum est.

Quibus modis tollatur vel mutetur hypothecaria uel pignoratitia actio.

CAP. 12.

Lib. 20. Tit. 6.

- 1 Hypotheca tollitur mutata obligatione, solutione, remissione, obligatione, consignatione, &c.
- 2 Quamuis qui soluit prior, creditor, in locum eius succedere dicitur.
- 3 Tollitur hypotheca obligatione & consignatione debiti integri.
- 4 Hypotheca tollitur, si pecunia credita non est, ob quam facta est.
- 5 Item remissio expressa & tacita.
- 6 Extinguitur hypotheca, re acquisita per creditorem, per sententiam, per iuramentum.
- 7 Item abusu pignoris, resolutio iure dantis.
- 8 Resolutio contractus, interitum rei, mutata & nouata obligatione.

Si hypothecaria prima obligatio tollatur, aut mutetur, placuit & mutari effectum, & fieri creditores sequentes potiores. Velati solutione debiti tolli hypothecariam dubium non est, vel si recedat uolente creditore a pignore, *l. i. qu. b. mod. pign. vel hypoth. sol. P. si rem alienam, 9. §. omnis, de pign. actio. P. si rem libera- tur pignus, cum sim. ubi notatis. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. nec tantum solutione debiti, sed etiam eius legitima consignatione & deponitione post obligationem, per que impeditur ius pignoratitium: ne re de distracti possit pignus. *l. si priusquam, 8. de distract. pign. C. l. 2. C. debitorem vend. pign. imp. non poss. l. 1. C. de luitio. pign. C. §. Verumtamen* + hic annotandum est, soluentem pecuniam priori & per ualeat, interdum in locum eius succedere, interdum mutime, sed efficit secundum priorem. Sic creditor non succedit in ius prioris, etiam si ita contractum est, ut antecedeas dimitteretur, nisi eo uenerit, ut sibi eadem res esset obligata, quando uidelicet alius, quam secundus, vel tertius, vel vltior, soluit pro debitor sine retentione pignoris, *l. 3. que res pign. vel hypoth. obl. non poss. P. quomais in priuilegium eius persona succedat, l. 2. de cessio. bono. P. alioquin si is, qui soluit creditore, primo pro debitor pactum inear, ut in ius hypothecae eius succedat praefertur, ut prior. *l. si prior, 13. §. a Titio, qui potior in pign. hab. P. l. pen. & l. 1. de ius qui in prior. cred. loc. sus. C. l. si eum, de prius ff. C. & sine pacto secundus creditor succedit loco primi, si modo ei soluat pecuniam debitam ante uenditionem pignoris, vel eo recusante offerat & deponat. *l. potior, §. fin. qui potior in pign. P. l. 1. C. eod. l. fin. C. de his qui in prior. credit. loc. succed.* Verumtamen qui a prioro creditore emit rem oppignoratam, ceteris etiam praefertur, ueluti in locum eius substituitur, & ad priuilegiatos pecunia illius pertinetate, *l. si prior creditor, §. si simpliciter, qui potior in pign. P. l. si ueniri, §. eorum, de prius. credit. P. l. 2. de ius qui in prior. credit. loc. sus. C. lib. 8. tit. 19. l. si gener. aliter. 6. qui potior. C. cessat illi a creditore actione, in l. 3. & fin. de priuileg. ff. C. lib. 7. tit. 75. l. 2. si antiquior credit. pign. vend. lib. 8. C. tit. 1. o. l. si Titio. & l. creditor, de pigno. P. l. qui a creditore. C. de dist. pign. l. si in solutum, 6. de act. lib. 4. C. tit. 20. si modo sine dolo & gratia uacuet legitime pignus, non aliter. *l. 2. 3. 4. 5. si uenit, pign. agat. lib. 8. C. tit. 30.* Nec qui emit a creditore antiquiori****

persecutione hypothecaria aliis tenetur quamuis creditor, si in solutum pignus acceperit, vel iure uenditionis a debitor habuerit, persecutione nihilominus teneatur, ac si debitor aliis eadem res uendisset: sed ita qui persequitur res obligatas audietur, si quod eidem possessori propter praecedentis contractus auctoritatem debitum est, contulerit, *l. si antiq. credi. pign. vend. der. C. cum & uendente primo creditore pignus, possit posterior, offerendo & consignando debitum priori, impedire. l. fin. C. eod. si antiquior. cred. pign. vend. l. 1. debitorem vend. pign. imp. non poss. C. uenditionem.* Receptum etiam est pactum inter creditorem & emtorem, ut si debitor solueret pecuniam pretii emtori, liceret ei recipere rem suam. *l. si cum uenderet, 13. de pign. actio. P. l. si creditor, 7. in pri. & §. illud, de distract. pign.* Sicuti potest rescindi uenditio pignoris, ex causa personae pupilli, vel minoris uiginti quinque annis, vel absentiae reipublicae causa, *Marcellus in d. §. illud, vel si a debitoro uendatur contra pactum cum creditore factum ne uenderetur. d. l. si creditor, §. fin. de distract. pign. P.* Quomodo autem secundus creditor offerendo primo, & soluendo, si ius hypothecae facit, *l. cum secundus, 5. de distract. pign. P.* & ueram emtionem emendo, sic non obstante emtione, tertius secundo offerre poterit, & debitor ipse, & ita poterit liberare pignus. Quia posterior creditor qui a prioro pignus emit, non tam acquirendi dominii, quam seruandi pignoris sui causa intelligitur pecuniam suam dedisse, *d. l. cum secundus, §. fin. & l. cum posterior, 6. de distract. pign. l. 2. qui mod. pign. vel hypoth. sol. P.* et si uenditione a creditore facta extra uero aliter statuatur, & sic irreuocabilis emtio, paucis exceptis, *l. si creditor, de distract. pign. ut monuimus.* Ergo ex superioribus constat solutione seu satisfactione primum hypothecam tolli. Non idem tamen statuendum in satisfactione, quae hypothecam non liberat. *l. item liberatur, 6. §. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. P.*

¶ Deinceps tollitur & facta legitime obligatione & consignatione, *l. si priusquam, C. de distract. pign. l. 2. C. debitorem vend. pign. imp. non poss. l. fin. C. de luitio. pign.* totius debiti: nam pro parte, si uacuae, siue passue diuisio pignoris non fit, *l. 1. de luitio. pign. C. l. 1. C. si unus ex plurib. here. debitor. vel credit. partem suam debet. sol. vel accep. C. l. qui pignori, 19. de pignor. P. l. quamuis, de distract. pign. C. l. in executione, 83. §. pen. de uerb. oblig. P.*

¶ Tertio, si pecunia non fuerit credita, ob quam pignus obligatur, definit hypotheca uel ius pignoris. *l. 1. & 2. si pignoris conuenit. pecun. numer. §. q. non fuer.*

¶ Quarto, si remissione tacita uel expressa: tacita, ueluti si pignus creditor nec repugnans, permittat debitorum suum rem pignori obligatam distrahere, *l. 1. 2. 4. 8. C. de remis. pign. vel pignori alii dare, l. Lucius Titus, & l. Paul. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. P.* Quia tamen non succedit in locum eius, *d. l. Paulus.* Si reddat chirographum obligati, *l. reditorem, 7. C. de remis. pign. ut nec redeunte postea re alienata in partem distrahentis debitoris, recidat in obligationem pignoris. l. si. C. de remis. pign. l. 4. §. si uenditione, quib. mod. pign. vel hypoth. sol. P. l. 5. & 6. eodem tit. nisi aut distus debitori obiciatur, *l. si. 8. §. superuacuum, quibus mod. pign. vel hypothec. soluit. P.* aut resoluatur uenditio, *l. uoluntate, 10. eod. tit.* cum tamen diuersum statuendum sit, si ius creditore debitor rem pignori obligatam alienauerit, tunc enim alienatio pignori non obest. *l. pen. de remis. pign. C.* Expressa autem pignoris remissio proculdubio creditore remittenti nocet, qui ius habebat, sicuti in aliorum iurium remissionibus re & placuit, *l. 1. de remis. lib. 43. P. tit. 14. l. si quis in conscribendo, C. de pall. & de epis. & cler. C. neq. remittentib. actiones suas, ad eandem datur egressus. l. si. §. aream, de sol. P. l. queritur, 14. §. si uenditor, de adi. edict. in P.* Item quinto si pignus fiat creditore, extinguitur hypotheca. *l. si rem alienam, in 2. de pign. actio. in P.**

¶ Sexto, si absolute pignoris & per sententiam, & per iuramentum non debet, si deferatur ab aduersario. *l. typ. in l. si deferente, 13. & l. 5. §. fin. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. P.*

¶ Septimo, si creditor abutatur ancilla oppignorata, uel pro- fituendo, uel aliud turpe agere cogendo. *l. elegantior, 24. §. si. de pign. act. Item octavo resoluta iure dantis, resolutur ius accipiens. l. 3. & 4. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. P. l. lex uel gati de pign. in P. Et nono, si resoluatur obligatio contractus principalis cui accessit. *l. uoluntate, quib. mod. pign. vel hypoth. sol. P.* Et decimo, si res intereat. *l. si. eod. tit.**

¶ Undecimo, si mutetur obligatio a re in rem, nulla mentio- ne facta hypothecae, & si fiat nouatio, *l. reator, 1. qui pot. or. in pignor. hab. in P.* uel a persona in personam. *l. 1. §. si na quibus modis pignus uel hypothec. soluitur. P.* ut si quis emendo a prioro